

Observationes aliquot rariores de Morboſo Liene,  
à Spectatiſſimo Domino D. *Nehemia Grew*,  
M. D. ac R. S. Socio cum eadem Societate  
communicatæ,

**D**omini Thomæ Sedgwick Mercatoris Londinenſis  
Filia, decimo quarto ſuæ ætatis anno ad Operum ac-  
pictorum Magiſtram ſe erudiendam contulit. In  
quibus aded mira fuit Indolis, ut iis ſolis totos dies, eoſque  
ferè continuos, per biennium inſumeret. Hinc Melancholi-  
cum Temperamentum connatum in morboſum tranſiit: cui  
Pallor, Inappetentia, Menſum defectus, atque Tuſſis co-  
mitabantur. Et poſt tres annos, gravativus Dolor, in ſi-  
niſtro inſimoque Latere, qui ad extremum uſque diem per-  
ſiſtit, Anno autem ætatis vicesimo incunte, ex Febre obiit.

In aperto Cadavere, Pulmones, Fecur reliquaſque Viſcera,  
excepto ſolo Liene, ſana inveni. Hoc vero mirum in mo-  
dum auctum & tumefactum; nempe craſſum ſupra duos  
digitos; quatuor latum; longum prope decem. Ita ut, cum  
Lien Humanum, quoties rectè habet, vix quinque uncias  
pendeat; in hac Virgine, quinque & viginti ſuperabat.  
Et cum hoc Viſcus, ſicubi agrotet, Tumoribus ſchirroſis &  
ſubnigris plerumque indureſcat; hic è contra, tota ejus  
ſubſtantia putreſcens, quendam emittebat fœtorem; molliſ-  
que aded fuit ac digitis palpantibus diſſolubilis, ut videretur  
quaſi grumofus ſanguis; atque altera pars à prehensâ alterâ,  
etiam ſuo pondere diſrumperetur. Nihilominus, tam exte-  
riùs quàm intus, rubicundo floruit colore, neque ullo Apo-  
ſtemate, aut materia verè purulentâ inſciebatur.

Ex ſolitariis Inſtantiis, non eſt Sapiientis δογματιζεν.  
Licet tamen ut pauliſper inquirendo philoſophemur.

En-

*In hoc Casu, ista Tria sunt consideranda, viz. Vita genus, Ætas, Ætatisque Periodus.*

*Primò enim à tam diuturna exercendi desuetudine, vix potuit non evenire inequalis Alimenti distributio. Quemadmodum itaque Ossa, & sape Viscera, ex inepta Nutritione, supra modum augentur in Rhachitide: pariter & hęc Lien, ex eodem Nutritionis vitio, videtur ampliorem molem accepisse.*

*Præcipuè, cùm secundò, hęc vitæ consuetudine usa est illa Virgo, non in proveciori etate, sed florente adhuc adolescentiâ. Exercitia enim necessaria sunt, etiam ad debitam nutritionem: multò magis ad Partium æquale Incrementum.*

*Tertiò, & in illa ipsa etatis periodo, quâ Menses primo effluere solent. Quibus inde suppressis, vel multùm immixtis, iste sanguis, quem desidiosa Natura omisit eliminare per consuetas vias, ex parte in Lienem, quasi quoddam diverticulum, rejiciebatur.*

*Corollarium. Virginibus, nimia Exercitiorum intermissio, inprimis circa finem secundæ, aut principium tertiæ etatis Septenarii, pessima.*

*An Account of a Book, Osteologia Nova, or some Observations of the Bones, &c. Communicated to the Royal Society, in several Discourses, Read at their Meetings, by the Learned and Accurate Author, Clopton Havers, M. D. and R. S. Soc. Lond. 1691, Octavo, for Sam. Smith.*

**T**HE Author offering to give some Account of the manner, in which the Bones are first formed, supposes, that they, as all the other parts of the Body, are formed in the Egg before the Female is impregnated, and that the Seed of the Male does only put those Particles, which